

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Iudicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

Caput II.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

lationibus arte simulatis, sed verò cultu virtutis. & citatur insignis sententia Zaleuci Locrensiū Legislatoris: οὐ θεράπεται ὁ θεὸς δαπάναις, ἀλλ' ἀγαθῶν ἔργων, καὶ δικαίων. Διὸ ἕκαστον δεῖ ἀγαθὸν εἶναι καὶ πρᾶξαι καὶ προαιεῖσθαι τῶν μέλλόντων εἶσθαι θεοφιλή. Non colitur Deus immensis sumtibus aut Tragœdijs captorum, sicut homo malus, sed virtute & vero studio honestatis & iustitia. Itaque eum qui Deo carus esse volet, non tantum factis externis, verum etiam serio & vero animi proposito bonum esse oportet.

Caput II.

Patentia.

FILII mi, si vis seruire Deo, para te ad tentationem, obfirma te ad patiendum, constans esto, vide ne vacilles, si qui aliorsum te illicient. Adhære Deo, ne utiquam cede, vi subinde euadas firmior.

Fides.

Quacumq; incident, feras, & patienter tolera arumnas quasuis. Nam sicut aurum igne examinatur, ita pijs placentes Deo, afflictionum probantur. Confide Deo, & eripiet te, incede recta via, & spera in eo. Vos qui timetis Deum, confidite illi. Nihil enim est certius, quam vos ibi falli non posse. Vos

Spes.

qui timetis Dominum, omnia optima sperate ab illo, tunc gratia, & consolatio semper comitabitur vos. Vos qui timetis Dominum, expectate consolationem eius, ne utiquam cedite, ne obruens tentatio mergat vos in profundum. Respicite exempla veterum, atq; ea sint infixa animis vestris. Quis unquam pudefactus est, qui in Domino sperauit? Quis eorum, qui in timore Domini perseuerauerunt, unquam derelictus est? Quis unquam à Domino tandem spretus est, qui ipsum inuocauit? Bonus Dominus & misericors, condonans peccata, & succurrit in hora afflictionis. Va his, qui desperant de Deo. Va his qui non perdurant, & impijs, qui nunc hac, nunc illac nutant. Va pauide trepidantibus, neq; enim credunt, ideo non protegentur. Va his, qui non expectant. Quid accidet eis, ubi Dominus eos visitarit? Qui Dominum timent, credunt verbo eius, & qui diligunt ipsum, seruant mandata eius. Qui timent Dominum, faciunt quæ placent illi, & qui diligunt eum, verè seruant legem. Qui timent Dominum, stabiliunt cor suum, & demittunt se totos coram illo, & dicunt: Satius est incidere in manus Domini, quam

Impatientia.

afflictionis. Va his, qui desperant de Deo. Va his qui non perdurant, & impijs, qui nunc hac, nunc illac nutant. Va pauide trepidantibus, neq; enim credunt, ideo non protegentur. Va his, qui non expectant. Quid accidet eis, ubi Dominus eos visitarit? Qui Dominum timent, credunt verbo eius, & qui diligunt ipsum, seruant mandata eius. Qui timent Dominum, faciunt quæ placent illi, & qui diligunt eum, verè seruant legem. Qui timent Dominum, stabiliunt cor suum, & demittunt se totos coram illo, & dicunt: Satius est incidere in manus Domini, quam

quam

ni, quam in manus hominum. Nam ingens bonitas & misericordia Domini est tam immensa quam ipse est.

DE Patientia seu perseverantia in vera Pietate, & de cæteris primæ tabulæ virtutibus præcipuis, de FIDE ac SPE, & Inuocatione Dei vera præcipit. Nam hisce ancoris præcipue niti animos nostros in fluctibus tentationum & ærumnarum oportet, vt in cursu veræ pietatis, cuius indiuidua & perpetua comes est crux & persecutio, vsq; ad finem & portum vitæ æternæ possint permanere.

Sunt autem vicinæ appellationes virtutum, Patientiæ, perseverantiæ, constantiæ & fortitudinis togatæ, quæ est firmitas animi perseverantis in proposito, susceptoq; veræ pietatis & virtutis ac honestorum consiliorum actionumq; cursu: & moderatè ac placidè tolerantis calamitates, iniurias & omnes res secundas & aduersas, Ita vt his obstaculis non sinat se ab honesto proposito semel suscepto auelli aut impediri, quò minus cursum pietatis inchoatum constanter pertexat. Sine hac celsitudine animi & constantia ac patientia, cum nulla virtus existere vel retineri possit: diligenter & attente hanc secundi capitis Syracidæ doctrinam consideremus, & ad vsum in vita transferamus, Ac ad eam illustrandam integra & proluxa explicatio doctrinæ de patientia & perseverantia ex enarratione primi & quinti præcepti adhibeantur.

Constantia
seu Fortitudo
togatæ.

Confide Deo, & eripiet te, incede recta via, & spera in Deo. Firmissima consolatio, & præsidium in omnibus ærumnis & doloribus animosè ferendis, & patiendo vincendis, præcipuum, est FIDES in DEO nobis propicio, & propter Christum beneuolente adquiescens, & certo statuens, Deum in periculis & miserijs nostris certò nobis adesse, opitulari, mitigare ærumnas, & liberationem ac gloriam æternam nobis promissam certo daturum esse. Hac fide confirmatus animus incedat via recta .h. totam vitam, consilia, studia & actiones suas dirigat ad normam voluntatis & verbi diuini, quæ vnica & sola rectitudinis & bonitatis regula est: & fiducia auxilij diuini mandata ac necessaria vocationis officia, tranquillo ac læto animo faciat, & euentus salutarès à Deo expectet. Talis animus fiducia præsentis & auxilij diuini aduersus omnes vitæ casus munitus erit, & cum Dauide magno & infracto animo canet Psalmum 61. Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum: Nam & ipse Deus meus & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor. & Psal. 91. Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Hic innixus solidæ petreæ Christo non vacillabit nec cedet malis, sed contra audentior ibit: & quicquid erit, omnem fortunam ferendo superabit.

FIDES.

Omnia optima sperate ab illo, & expectate consolationem eius. Ancora vitæ nostræ & galea salutis est SPE seu certa expectatio mitigationis & depulsionis calamitatum, & liberationis ac gloriæ æternæ certò propter Christum donandæ, iuxta promissiones Dei veracis *regi in psalms.* Sæpe enim differt Deus liberationes ex periculis, vt nostra fides, inuocatio, patientia, spes, & cæteræ virtutes, quæ in rebus secundis languescere & extinguere solent, probentur, exerceantur, crescant & ardentiores fiant. Vt exploretur, an vera, serîa, non simulata pietas in nostro corde luceat. Vt præsentia & auxilium Dei, in periculis humano consilio inextricabilibus illustrius conspicatur: ac vt constet, nos immediatè à solo Deo adiutos esse. Vt post mirandam liberationem ardentior gratitudo in nobis exuscitetur. Vt agnosca-

SPES.

Chy
 gnoscamus Deum non humanis cogitationibus & consilijs, sed sua voluntate & sapientia paterna vitam nostram gubernare. Ut autem supplicij tarditatem Deus grauitate compensat: sic dilatas piorum liberationes & præmia, æterno pondere gloriæ cumulabit. Non igitur frangamur mora in periculis, sed firma spe expectemus consolationem, & contra spem in spem credamus, vt Abacuc inquit: Si moram fecerit Dominus, expecta eum, Quia veniens veniet, & non tardabit. Differ, habent parua, commoda magna, moræ.

ῥέοντα μὲν τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, ἐς τέλος δὲ σὺν ἀδελφῷ

Ἐς τέλος γὰρ οἱ μὲν ἐσθλοὶ τυγχάνουσιν ἀξίων,

οἱ δὲ κακοὶ ὡσπερ εἰκὸς ἐπὶ τῷ ἄτυχῳ εἶναι αὐτῶν.

Lenta sunt diuina, sed finis admirabilis:

Digna nam boni ferunt tandem laborum premia,

Sed malos, vt & decet, nunquam videbis prosperos.

Quis vnquam pudefactus est, qui in Domino sperauit? Argumentum ab exemplis, de quorum applicatione dulcissime Psalmus 33. Benedicam Dominum, admonet, cum iubet nos in exempla piorum, qui ad Deum conuigentes & liberationem expectantes adiuti sunt, intueri, & simili fide ac spe liberationem petere & expectare. Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. **I S T E** Pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Ve his qui desperant de Deo. Extrema patientiæ sunt, Impatientia, diffidens Deo in ærumnis, & trepidans, ac inconcessa auxilia quærens, vt Saul consulit magicam mulierem, & tandem succumbens dolori mortem sibi ipse consciscit: Reges Iudaici discurrunt ad quærenda varia præsidia, in Ægyptum, in Assyriam. Hanc diffidentiam & trepidationem in periculis, nunc hac nunc illac nutantem, Esaias etiam cap. 7. & 30. grauissimè reprehendit, Vide vt fileas, noli timere, & cor tuum ne formidet. Si non crederitis, non permanebitis. Item, Si quieueritis, salui eritis: In silentio & spe erit fortitudo vestra. Alterum extremum est Hypocritica tolerantia. *Qui Dominum timent, credunt verbo eius.* Pij sunt patientes, & firmo ac stabili corde in ærumnis vsque ad finem perseverant.

Caput III.

Sedulitas.

DE pietate erga parentes, & de Humilitate seu Modestia, cuius pars est Sedulitas, fideliter & constanter propriæ vocationis officia necessaria faciens, & vitans πολυπραγμοσύνην, seu curiositatem superbam, conuocatur. Et quartum Decalogi præceptum erudita paraphrasi illustrat. Est autem **PIETAS** erga parentes, virtus, quæ parentibus & cognatis debitum amorem & honorem, tum verbis, tum re ipsa, tum patientia tribuit. Primum verbis & vero corde agnoscamus & profiteamur, Parentes à Deo nobis præfectos esse, & Deum immensa beneficia, vitam, victum, honestam disciplinam & veram Dei agnitionem per parentes nobis impertire. Ideoque propter Deum autorem & custodem ordinis à se instituti nos et reuerenter subijciamus. Secundò, Reipsa seu omnibus officijs obedientia,

Pietas erga parentes.